

*Hoyer von Friedeburg überweist dem Kloster zu erblichem Rechte Getreidezinse in Gohlis, welche der verstorbene Martin von Grimma durch letztwillige Verfügung zugewendet hat. Leipzig, 1317 Mai 4.*

*Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Leipzig Kasten 84. — Das S. Hoyers von Friedeburg an einem Pergamentstr.*

In nomine domini. Amen. Nos Hoygerus de Frideberch omnibus presentem 5  
litteram inspecturis vel | visuris cupimus esse notum, quod bona locata et sita in Goluz,  
que Martinus de Grimmis | felicis memorie, scilicet novem sexagenas siliginis et totidem  
avene, \*sanctimonialibus<sup>a)</sup> or|dinis sancti Benedicti extra muros Lypzk pro testamento seu  
reconmendatione anime sue in agone mortis sue fidelius distribuit seu legavit, eisdem  
nostro benivolo et pio favore quem ad ipsarum habemus ordinem contulimus hereditario 10  
jure nec non mero quemadmodum a nobis habita sunt et haberi consueta temporibus ex  
antiquis. Ut autem predicta collatio rata et inviolata sine qualibet contradictionis obice  
penitus observetur, presentem cartam nostri sigilli munimine fecimus communiri. Datum  
Lypzk anno domini m. ccc. xvii. sequenti \*die post inventionem<sup>b)</sup> sancte crucis.

*Ritter Friedrich und Albert Gebrüder von Lindenau bekennen, daß sie den Klosterjungfrauen Geldzinse zu Kleinpößna verkauft und vor Hoyer von Friedeburg zu Gunsten der Käuferinnen aufgegeben, von diesen auch den Kaufpreis erhalten haben. 1324 Apr. 1.*

*Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 2303, mit einem Bruchstück des S. an Pergamentstr.*

*Ann.: In dorso: Von der Weynigen Pesne. — Vergl. No. 40, wo aber die Angabe des Kaufpreises nicht genau 20 dieselbe ist.*

In nomine domini. Amen. Quia labilis est hominum memoria, ne ea que geruntur  
in tempore fluxu temporis apud pos|teros in oblivionem deveniant, scriptis authenticis<sup>a)</sup>  
seu litterali testimonio peritorum decrevit auctoritas roborare. Hinc est | quod nos Fri-  
dericus miles et Albertus fratres dicti de Lindenowe recognoscimus per presencia publice 25  
protestantes, quod | nos dominabus claustralibus extra muros Lipcenses commorantibus  
tres marcas et dimidiam uno lotone superaddito redditus annue pensionis in Minori Pesna  
justo vendicionis tytulo pro xxxi<sup>a</sup> marca tradidimus perpetuis temporibus perfruendum,  
protestantes eciam, quod dictos redditus in Pesna prelibatis dominabus coram vero domino  
et collatore eorundem domino Hoygero dicto de Vrideberg resignavimus et ipsis dotare 30  
et appropriare procuravimus animo libenti seu libera voluntate; cupientes ad omnium  
pervenire noticiam, quod sepe dicte domine nobis pecuniam in hujusmodi viam empcionis  
et vendicionis promissam integraliter et complete notorie persolverunt. In cujus rei noti-  
ciam presentem litteram nostro sub sigillo dedimus in testimonium premissorum. Hujus

38. a) sanctimonialibus. b) die inventione.

39. a) attenticis.